



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

6. Dies Aprilis. Levis est malitia; sæpè mutatur non in melius, sed in aliud.
Seneca epist. 47.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

cui rei sese afflixerint , ejus protinus formam assument, & cultum. Expende nunc quibus obvoluta sit tenebris, quotque laboribus exposita rerum, præser-tim Dei naturalis investigatio. Quanta Gentiles contentione laborârunt , ut rationem assequentur in maligna luce disurrentem. Quàm rari eò sunt solo naturæ lumine progressi , ut scientiæ de Auctore naturæ particulam aliquam attingerent. Plurima sunt sensuum ludibria , vana est multorum experien-tia, usi ipso nonnulla creantur præjudicia , multa circumstant , quæ fucum faciunt. Nos interim Appetitus nostros audiimus ut Oracula : cùm tamen nihil nobis suggerant nisi mendacia. Qui audit adulato-res , quorum unum est studium placere hominibus, plurimæ falsa opus est credere : sic qui passim audierit blandientem sibi suum amorem , passim decipietur. Radix unde pullulat , omnis hac in rebus gravissimis deceptio , est mentis inconsideratio. Nemo prope est inter omnes , qui quid egerit , respicit , quid agat , aspi-cit , quid acturus sit , prospicit. Igitur audi male con-sulte egregium tibi consultorem.

Rem præcedentem videoas, Et cerne sequentem.

6. DIES APRILIS.

Levis est malitia ; sæpè mutatur non in melius, sed in aliud. *Seneca epist. 47.*

Incon-
stanitia.

I. **N**on constantia , quæ est tertius ejus-dem ordinis defectus , dedit cassa-tionem à recto judicio semel suscep-to , quod continuatum opor-tuerat ,

tuerat, & alterius, saltem practicè falsi, subinductio-
nem. Alioquin si de eo, ad quemcunque reflatum di-
moveamur, & velut arundines vento quocunque
agitari consilia sustinēmus, male in consultandā, &
investigandā veritate locatus erit labor. Utile levus est
malitia: sic & levissimi sunt mali, ut qui desultoria
levitate mutantur raro in melius, sàpè in deterius,
plerumque in aliud, quia semper ab iis qui fuerunt,
sunt alii. Nihil est humana voluntate mutabilius, ni-
hil quod in bono fluctuet magis, coloremque, & na-
turam saepius mutet. Nec Chamæleon de corio suo
ita ludit, ut de moribus homo: neque aër, elataeque
nubes tot sumunt effigies diversarum rerum, quam
ille diversitatem affectuum. Unum Proteum exco-
gitavere fabulæ, in genere illo famosum: nos infini-
tos propè videmus Proteos, de quibus quid paulò
post futuri sint, nemo liquidè pronuntiare, ac ne ipsi
quidem posse videntur, cum mutatio in Euripo ja-
ctentur. Qui heri ex adamante factus videbatur,
Martio pectore, magnanimus Heros, hodie est omni
muliere imbecillior, fractus in libidinem, deliciarum
cupediis effæminatè mollitus.

II. Quæ major inconstantis animi levitas exco-
gitari potest, quam cum modò cum Deo pepigen-
de Divinis legibus observandis, post paulò tui de-
gener, oblitusque Dei, in vitium ruas, & infanda
voluntate pium Numen violescit consistere in gra-
du honesti, & innocentiae, non dico ad annum,
sed mentem, sed unum diem non possis. Annon
hoc ipsum indicat, hominum mentem omnipinna-
ventorum indice leviorem, propè ipsis auris mo-
biliorem esse; Propone tibi hominem aliquem,

qui tibi amicam hodie explicat frontem , cras aver-
sam à te contrahet : manè lachrymis madebat , vespe-
ri risu dissolvitur : horæ intervallum est inter amo-
rem Oresteum , & Vatinianum odiūm . Sunt non
pauci illius indolis homines , qui ab animi mobilitate
toties , quoties horologium sonat , aut potius ventus ,
nunc in bonum , nunc in malum defleunt . Homi-
nes diatrii , imò horarii . Unica lectio , sèpè legentis est
mutatio , sèpissimè perditio . Verbum lascivius , con-
titus cupidior , societas nequior , illatos in transver-
sum agit : uno eodemque die est Angelus , & dæmon .
Nero , & Plato : leo , & lepus : aquila , & noctua . Sic
ut nihil sit in homine , nisi perennis quædam , ac reci-
proca animi agitatio , & circumrotatio . & fluctuatio ;
quasi omnes Ixonia in rota pendulos videre possemus ,
continua vertigine vagos , nunc imos , nunc subito
deinde altos : uno verbo , semper mutabiles .

III. Hinc in nos quadrat illud Regii Vatis : (a) A-
scendunt usque ad cælos , & descendunt usque ad abyssos .
Vita nostra nihil est aliud nisi ascensus , & descentus ;
& continua mutatio ab innocentia , ad malitiam ;
libidine ad continentiam , à prudenter , ad stultitiam ,
à summis cæli , ad ima terræ . Ut igitur semper intel-
dissimilia sis tui similis , ut in eodem immobiles con-
sistas statu , persistas gradu ; Deo , ut basi nitere , qui
est ipsa immutabilitas . Fultus hac firmitate , non erit
infirmus . Affixus uni Deo , semper eris unus , nun-
quam alias , nunquam non idem . (b) Qui adhære-
re creaturæ , cadet cum labili . Creatura omnis obnoxia
est casibus , cum illis , eris caducus , sustentare te non
potest , quæ ipsa nequit stare , utpote in casum non
modi

(a) Psa. 106.26. (b) Tho. à Kemp.

Aprilis.

Tessera.

261

mōdō prona , sed præcēps : itaque laberis cum labente, deficies cum deficiente, peribis cum pereunte. Quod si Deo adhærescas, non vivendo nisi in illo , in quo, & per quem omnes vivunt ; propter illum, evades immobilis, velut Acrocerænia rupes, quæ mole sua stat. Sine Deo ruunt Gigantes , qui ut Ahenei montes videbantur, nullis machinis movendi : sine illo omnis nostra contentio in medio cursu frangitur. Ille, qui in se immobilis, dat cuncta moveri ; dat & cuncta instabilia stare. Sine illo ergo nulla constat constantia. Illius enim (si Poetæ credis,)

Virtutis munus præstare potest, Desunus.

7. DIES APRILIS.

Remittere animum , quasi amittere est.

Musonius.

Negli-
gentia.

I. Nter imprudentiæ vitia, non est ultimum , Negligentia , quæ cùm an-

imum operantem ad ferias cogit , & remittit ; perinde est , quasi amitteret. Hæc disconvenit cum præcipitatione, & Inconsideratione , quod illa duntaxat sit circa Consultationem , cum impetu suscep tam ; hæc verò circa solum judicium de re aliqua oscitanter , & leviter obitum : Negligentia autem sit torpor voluntatis refugientis laborem suscipiendum , in vestiganda latente veritate agibilium. Quod dixit Hyginus de somno ; nimirum ex Nocte , & Erebo satum esse ; id æquius de Negligentia , & Torpore dixeris. Fætus gemelli

R 3

sunt